



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

5 vtrum vnus hominis possint esse plures vltimi fines.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

iusmodi. Et dicendum, quod unumquodque eo modo quo est bonum, est diffusivum sui in appetitu. & similiter unumquodque eo modo quo est bonum, est diffusivum sui in re, i. communicatum sui, vel ut principium, vel ut terminus, vel ut subiectum, vel ut passio &c. Et sic divina sapientia & finem constituit processui bonorum a primo bono dum finita ea constituit in numero, pondera, & mensura, & nullum bonum eo, quod est de ratione sua, privavit: sed unicuique non eodem modo distribuit modos communicationis, ut simul communicatio omnium & status daretur bonis. Ab ultimo namque bono, et si non emanet aliquid in re ulterius, est tamen hoc bonum, quod est terminare fluxum boni, & perficere ac consummare rem in esse perfecto: quod non parum boni est.

In eodem articulo dubium occurrit circa responsum ad secundum, quod patet potest esse verum, quod inter species numerorum sit ordo per accidens, & processus in infinitum: quia accidit numero praesistenti, quod ei addatur unitas. Videtur enim in primis contra communem animi conceptionem, scilicet, quod inter species est ordo per se. & probatur ratione: quia una species, puta trinitas, est per se prior quaternitate: & quaternitas est per se posterior trinitate: & simile est de trigono & tetragono.

Ad hoc dicitur breviter, quia extra moralia est materia haec quod aliud est loqui de ordine entium, & aliud de ordine eorum ut causa & causati: sermo praesens est de ordine finium ideo, causarum finalium: & propterea de ordinata causandi loquendo, dicitur quod numerus praecedens est causa per accidens numeri sequentis: quia accidit numero praesistenti, puta octonario ut sic, quod ad

*Text. 8. 10.

*Text. 34. 10 mo. 1.

& non est aliquis ultimus finis humanae voluntatis.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit 2. Meta. quod qui infinitum faciunt, auferunt naturam boni: sed bonum est quod habet rationem finis. ergo contra rationem finis est quod procedatur in infinitum. necesse est ergo ponere unum ultimum finem.

RESPONDEO. Dicendum, quod per se loquendo, impossibile est in finibus procedere in infinitum ex quacunque parte. In omnibus enim quae per se habent ordinem ad invicem, oportet quod remoto primo, remoueantur ea quae sunt ad primum. Unde Philosophus * probat in 8. Phys. quod non est possibile in causis motibus procedere in infinitum, quia non esset primum movens, quod subtracto alia movere non possunt, cum non moveant nisi per hoc, quod movetur a primo movente. In finibus autem inveniuntur duplex ordo, scilicet, ordo intentionis, & ordo executionis: & in utroque ordine oportet esse aliquid primum. Id enim quod est primum in ordine intentionis, est quasi principium movens appetitum, unde subtracto principio, appetitus a nullo moveretur. Id autem quod est principium in executione, est unde incipit operatio: unde islo principio subtracto nullus inciperet aliquid operari. Principium autem intentionis est ultimus finis: principium autem executionis est primum eorum, quae sunt ad finem. Sic ergo ex neutra parte possibile est in infinitum procedere: quia si non esset ultimus finis, nihil appeteretur, nec aliqua actio terminaretur, nec etiam quiesceret intentio agentis. Si autem non esset primum in his quae sunt ad finem, nullus inciperet aliquid operari, nec terminaretur consilium, sed in infinitum procederet. Ea vero quae non habent ordinem per se, sed per accidens sibi invicem coniunguntur, nihil prohibet infinitatem habere: causa enim per accidens indeterminatae sunt. Et hoc etiam modo contingit esse infinitatem per accidens in finibus, & his quae sunt ad finem.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod de ratione boni est, quod aliquid ab ipso effluat, non tamen quod ipsum ab alio procedat. & ideo cum bonum habeat rationem finis, & primum bonum sit ultimus finis, ratio ista non probat quod non sit ultimus finis: sed quod a fine primo supposito procedatur in

infinitum inferius versus ea, quae sunt ad finem. & hoc quidem cõpeteret, si consideraretur sola virtus primi boni, quae est infinita. Sed quia primum bonum habet diffusionem secundum intellectum, cuius est secundum aliquam causam certam profluere in causata, aliquis certus modus adhibetur bonorum effluxui a primo bono, a quo omnia alia bona participant virtutem diffusivam: & ideo diffusio bonorum non procedit in infinitum, sed sicut dicitur Sap. 11. Deus omnia disposuit in numero, pondere, & mensura.

AD SECUNDUM dicendum, quod in his quae sunt per se, ratio incipit a principiis naturaliter notis, & ad aliquem terminum progreditur. Unde Philosophus probat in primo * Posteriorum, quod in demonstrationibus non est processus in infinitum: quia in demonstrationibus attenditur ordo aliorum per se ad invicem connectorum, & non per accidens. In his autem quae per accidens connectuntur, nihil prohibet rationem in infinitum procedere. Accidit autem quantitati, aut numero praesistenti in quantum huiusmodi, quod ei addatur quantitas, aut unitas: unde in huiusmodi nihil prohibet rationem procedere in infinitum.

AD TERTIUM dicendum, quod illa multiplicatio actuum voluntatis reflexae supra seipsam per accidens, se habet ad ordinem finium: quod patet ex hoc, quod circa unum & eundem actum indifferenter semel, vel pluries, supra seipsam voluntas reflectitur.

ARTICVLVS V.

Utrum vnus hominis possit esse plures ultimi fines.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod possibile sit voluntatem unius hominis in plura ferri simul, sicut in ultimos fines. Dicit enim * August. 19. de Civitate Dei, quod quidam ultimum hominis finem posuerunt in quatuor, scilicet, in voluptate, in quiete, in bonis nature, & in virtute: haec autem manifeste sunt plura. ergo unus homo potest constituere ultimum finem suae voluntatis in multis.

¶ 2. Praeterea. Quae non opponuntur ad invicem, se invicem non excludunt: sed multa inveniuntur in rebus, quae sibi invicem non opponuntur. ergo si unum ponatur

dati unitas, & fiat novenarius. Obiectio autem militat de ordine ipsarum specierum absolute, non in ratione causae, & causati: sed si studiose inquiratur, quomodo in speciebus numerorum, figurarum, & proportionum datur processus in infinitum, & tamen communiter dicitur, quod in per se ordinatis entibus non datur processus in infinitum: dicendum est, quod illud commune dictum intelligendum est de entibus simpliciter, non de entibus secundum quid. Huiusmodi autem species, cum non sint, nec esse possint in actu, sed semper sint in actu permisso potentiae, ut patet in 9. Meta. non sunt inter entia, nisi secundum quid, ut esse infinitum: & propterea non de eis intelligitur esse dicitur, quod in entibus habentibus per se ordinem, non est processus in infinitum.

¶ Super Quae. prima articulum quintum.

IN articulo eodem prima quaeritur primo titulum, quod intelligo ipsum de simul fieri tam actu, quam effectu, seu habitu: deinde vim rationum in corpore. procedunt enim ex diversis capitibus: nam prima ex eo quod ultimus finis habet rationem boni perfecti respectu illius: secunda ex eo, quod habet rationem primi boni naturalis: tertia ex eo, quod habet rationem primi specificantis. Et licet prima ratio clarius conuincat, & propterea illa videtur auctor in responsionibus argumentorum: eodem tamen modo omnes clarificant. Nam sicut repugnat, diuitias, verbi gratia, ex una parte, & voluptatem ex altera parte, consistere simul duo bona completa unius: quia sequitur quod neutrum seorsum est sufficiens, ac per hoc utriusque aliquid deficit, & utriusque est

*Text. 6. 10. 1

* Infra q. 12. ar. 3. ad 1. & q. 13. ar. 2. ad 1. et 11. Et 2. d. 24. art. 3. cor. Et 3. d. 31. q. 1. art. 1. cor. Et mal. q. 14. art. 2. cor. 2. * Lib. 19. c. 1. tom. 5.

est incompletum: ita repugnat hac eadem consistere simul duo, prima bona naturalia: quia neutrum esset primum quo inciperet motus uoluntatis. Et similiter repugnat eadem consistere duo prima specificantia: quia neutrum eorum esset specificas primo. unde haec rationes directae concludentes unitatem formalem ultimi finis in unoquoque (quia habet rationem completi naturalis & specificantis) primo simul concludunt, quod impossibile est simul poni huiusmodi rationem formalem in diversis e regione co-divisus: ita ut distinguatur ipsa ratio formalis in eis, & fiant simul duo ultimi fines unius hominis: cum quo tamen stat, ut in littera dicitur, quod ratio ista ponatur in pluribus tamquam paribus tamquam paribus inter se: quibus unum subiectum adaequatum illius.

¶ Sed unum hic occurrit nominum duorum. Quomodo stat haec duo simul, quod quilibet peccator constituit sibi ultimum finem in illo communi tabili bono, ad quod intendit, cum aueritur a Deo peccando mortaliter: & quod non habeat simul in habitu diversae ut ultimi finis, cum contingat eundem hominem simul esse in diversis peccatis mortalibus, puta gula, & in iustitia: ita quod neutri per alterum afficitur: sed ebrietas eum secundum se delectat, & similiter in iustitia.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod omnes fines proximi peccatorum mortalium vniuntur in uno ultimo fine, qui est ipsemet peccator: quia amor sui usque in contemptum Dei constituit civitatem Babilonis, sicut amor Dei usque ad contemptum sui, ierusalem. Vnde huiusmodi peccator nec in gula, nec in iustitia apparenti bono, seorsum constituit ultimum finem, cuius signum est, quod neutrum sibi sufficit: sed omnia commutabilia bona, ad quae

ultimus finis uoluntatis, non propter hoc alia excluduntur. ¶ 3 Præter. Voluntas per hoc quod constituit ultimum finem in aliquo, suam liberam potentiam non amittit: sed antequam constitueret ultimum finem suum in illo, puta in uoluptate, poterat constituere finem suum ultimum in alio, puta in diuitiis. ergo etiam postquam constituit aliquis ultimum finem suae uoluntatis in uoluptate, potest simul constituere ultimum finem in diuitiis. ergo possibile est unius hominis uoluntatem simul ferri in diuersa, sicut in ultimos fines.

SED CONTRA. Illud in quo quiescit aliquis sicut in ultimo fine, hominis affectui dominatur, quia ex eo totius uitae suae regulas accipit: unde de gulosis dicitur Philip. 3. Quorum Deus uenter est, quia scilicet constituunt ultimum finem in delicijs uentris: sed sicut dicitur Matth. 7. Nemo potest duobus dominis seruire, ad inuicem scilicet non ordinatis. ergo impossibile est esse plures ultimos fines unius hominis ad inuicem non ordinatos.

RESPON. Dicendum, quod impossibile est, quod uoluntas unius hominis simul se habeat ad diuersa sicut ad ultimos fines, cuius ratio potest triplex assignari.

Prima est, quia cum unumquodque appetat suam perfectionem, illud appetit aliquis ut ultimum finem, quod appetit ut bonum perfectum, & completiuum sui ipsius. Vnde Augustinus dicit 19. de ciuitate Dei: Finem hominum nunc dicimus, non quod consumitur ut non sit, sed quod perficitur ut plene sit. Oportet igitur quod ultimus finis ita impleat totum hominis appetitum, quod nihil extra ipsum appetendum relinquatur: quod esse non potest, si aliquid extraneum ad ipsius perfectionem requiratur. unde non potest esse quod in duo sic tendat appetitus, ac si utrumque sit bonum perfectiuum ipsius.

¶ Secunda ratio est, quia sicut in processu rationis, principiu est id, quod naturaliter cognoscitur: ita in processu rationalis appetitus, qui est uoluntas, oportet esse principium id, quod naturaliter desideratur. hoc autem oportet esse unum: quia natura non tendit nisi ad unum. Principium autem in processu rationalis appetitus est ultimus finis: unde oportet id, in quod tendit uoluntas sub ratione ultimi finis, esse unum.

¶ Tertia ratio est, quia cum actiones

uoluntariae ex fine speciem fortiantur, sicut supra habitum est, oportet, quod a fine ultimo, qui est communis, fortiantur rationem generis: sicut & naturalia ponuntur in genere secundum formalem rationem communem. Cum igitur omnia appetibilia uoluntatis, in quantum huiusmodi, sint unius generis, oportet ultimum finem esse unum: & praecipue, quia in quolibet genere est unum primum principium: ultimus autem finis habet rationem primi principij, ut dictum est. Sicut autem se habet ultimus finis hominis simpliciter ad totum humanum genus: ita se habet ultimus finis huius hominis ad hunc hominem. unde oportet, quod si cut omnium hominum est naturaliter unus finis ultimus, ita huius hominis uoluntas in uno ultimo fine statuatur.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod omnia illa plura accipiebantur in ratione unius boni perfecti ex his constituti ab his, qui in eis ultimum finem ponebant.

AD SECVNDVM dicendum, quod etsi plura accipi possunt, quae ad inuicem oppositionem non habeant: tamen bono perfecto opponitur, quod sit aliquid de perfectione rei extra ipsam.

AD TERTIVM dicendum, quod potestas uoluntatis non habet, ut faciat opposita esse simul: quod contingeret, si tenderet in plura disparata, sicut in ultimos fines, ut ex dictis patet.

ARTICVLVS VI.

Utrum homo omnia quae uult, uelit propter ultimum finem.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur, quod non omnia quaecumque uult homo, propter ultimum finem uelit. Ea enim quae ad finem ultimum ordinantur, seriosa dicuntur, quae si utilia: sed iocosa a serijs distinguuntur. ergo ea quae homo iocose agit, non ordinat in ultimum finem.

¶ 2 Praeterea. Philosophus dicit in principio * Metaphysic. quod scientiae speculatiuae propter se ipsas quaeruntur: nec tamen potest dici quod qualibet earum sit ultimus finis. ergo non omnia quae homo appetit, appetit propter ultimum finem.

¶ 3 Praeterea. Quicumque ordinat aliquid in finem, cogitat de illo si

peccator conuertitur, referuntur ad unum eorum finem, qui est simpliciter ultimus sibi. Ipsi summet, quoniam omnia appetit ut conferentia ad bonum proprium: ita quod huiusmodi bona non appetuntur ut fines ultimi simpliciter, sed ut fines ultimi partiales, ut si partes boni proprii, quod est simpliciter finis ultimus illius, & intentum in omni peccato mortali. Littera autem docet impossibile esse, quod unius simul sint plures fines ultimi simpliciter. Et propterea nulla est contrarietas inter proposita.

Super questionis prima articulum sextum.

IN 6. articulo. Unum oportet praec oculis semper habere, ut non fallamur. I. distinctio nem inter ultimum finem hominis formaliter, uel materialiter, quae in art. 7. exprimitur. Ultimus n. finis formaliter, nihil aliud est quam bonum perfectum cuiusque, ut in 5. dicitur articulo. Et de ultimo fine formaliter hic 6. articulo uerificatur primo: de ultimo autem fine materialiter uerificatur secundo, ut si induit illius rationem formalem: oportet enim quaecumque homo uult, quod uelit propter suam perfectionem: quoniam, ut in octauo dicitur Eth. Amabile quidem bonum, unicuique autem proprium. Et si haec aduertisset Scotus, non diuisisset forte quod scripsit 1. 4. dist. 49. illa quod.

Utrum oia quae appetit homo, appetat propter beatitudinem. Tenet in parte negatiuam: quia homo potest libere appetitu uelle non propter beatitudinem tam negatiuam, quam contrariam. Negatiue quidem, ut quia intellectus potest aliud quam beatitudinem cogitare, & consequenter uoluntas uelletum quia intellectus potest aliquid quod bonum considerare ut bonum in se, non considerando ut bonum ad finem: ergo & uoluntas potest uelle illud. Contrarie uero, quia stante certitudine beatitudinis in Deo &c. & malitia

in corp. ar. inf. q. 60. art. 2. cor. & 4. di. 49. q. 1. art. 3. q. 4. & 1. cor. c. 100.

¶ 4 Præterea. Quicumque ordinat aliquid in finem, cogitat de illo si

Prima Secundae S. Thomae. A 4 forn-

D. 624
et non loq
ap. in. 10. 5.

q. 19.
di. 8.
3. ad
Et 2.
art. 3.
q. 4.
art. 1.
mal.
art. 2.
19. c. 1.